









1727.

1. Baenius, Jo. Gorp: De peccato in iuris oce questiō.
- 2<sup>a</sup> Baenius, Jo. Gorp: Repatuē ad liberos qui bona habent alios obligatos. 25 exempl.
3. Consalvi, Franconius Cornelius: De iure personarum ex discriminē hominum naturali varia.
4. Crassius, Henr. Chast.: De fibris et figo Gracchis patribus.
5. Tacianus, Cornelius Matthias: De convivis non invitatis.
6. Tacianus, Cornelius Matthias: De onere legitimae
7. Tiegius, David Gallab: De rescriptis principum autoritatem rei iudicatae habentibus simulque lectiones auctoritas indicat.
8. Tiegius, David Gallab: De probatōne desideriū metallifodinarum . . . simulque lectio-nes suas hybemas indicat.

1727.

9. Dincklerus, Gottlieb Wilhelm: De cura aedatio  
emphis feminae minorennis extincta.
10. Dincklerus, Gottlieb Wilhelm: De appellatione in art  
minibili.
11. Dincklerus, Gottlieb W. Chelius: De eo, quod iustus  
est circa subtractionem quartae Falcondiae. 17
12. Dincklerus, Gottlieb Wilhelm: De legato ad heredes  
m. transiente. 18
14. Von Dörff, Christph. praucellarius fac. juris Rcae:  
Programma, quo ad promulgationem doctoralem system  
jurius ab hisque licentianorum (Georgii Christo-  
phori Plazii seq.) instat.
- { 18. Von Dörff, Christph. praucellarius fac. juris Rcae:  
Programma, quo actionem solam præsentationis  
system licentianorum jurius instat (Georgii Plazii  
seq.)

- 1729.
15. Dreverus, Christianus Hus: De jure fortiori  
et ordinati.
16. Dreverus, Christianus Hus: De aequitate legum Romana-  
rum circa periculum rei venitiae
17. Faber, Jakob Balthasar: De eo, quod justum est  
circa fabros imprimit ferrarios.
18. Franckenstein, Jacobus Augustus: De eo, quod justum est  
circa Thesauros.
19. Franckensteinius, Jacobus Augustus: De praerogatibus  
et praeminentiis Augustinianarum domus chisticacae
20. Gaertner, Carolus Lüttich: Programma: De praevaro  
ac inhumanitate sive Saxonico praestito similique et  
orationem auspicialem invitab.
21. Gaertnerus, Carolus Lüttichus: De advocacyis publicis  
Superioris Lusatiae
22. Gebauerus, Georgius Christianus: Programma, quo et  
orationem auspicialem invitab.

1724.

23. Gebauerus, Georgius Christianus: Oratio, cum ad featuram  
iuris publicae interpretandae accederet.

24. Gruber, Michael. Nuus: Lectori benevolo s.p. I.  
(ex precepta capta iuri gentium interpretanda  
innotescit)

25. Gruberus, Michael. Nuus: De iure territorii subor-  
dinati.

<sup>4</sup> Knüthen

308

1727, 1.

Q. D. B. V.  
DE

# FEVDO INOFFICIOSE QVAESITO

CONSENSV  
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS  
P R A E S I D E

DN. D. IO. GODOFR. BAVERO  
PVBLICE DISSERET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN  
LIPSIENS.

---

LIPSIAE PRID. CAL. JAN. c Iscc XXVII.  
LITERIS IMMANVELIS TITII.

EDITIONES  
AD

GAETANO

CONSUELA

PIATTA, TOTUM ORDINE

DUO. IO. GODOFR. RAVENZO

RUBRICARIA BASENZA

NOTA ET LEXICON

COTILLOR VAGELIAS HINCHEIN

TRADITIONIS

ALIAS COTILLOR VAGELIAS HINCHEIN

TRADITIONIS

VIRO  
ILLVSTRI SVMME REVERENDO  
ATQVE MAGNIFICO  
DOMINO  
IOANNI FRANCISCO  
BORNIO  
JCTO INCOMPARABILI  
DYNASTAE IN WILDENBORN SCHOENAV  
GROITSCH SELLERHAVSEN  
ET RELIQA  
ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTISBVR-  
GENSIS CANONICO ET REGIMINIS ILLIVS EPIS-  
COPATVS CONSILIARIO SVPREMÆ CVRIAЕ SA-  
XONICAE NEC NON IVDICII PROVINCIALIS LV-  
SATIAE INFERIORIS ASSESSORI ET CONSISTORII  
LIPSIENSIS DIRECTORI AC REIPVBLCÆ LIPSIEN-  
SIS PRO-CONSVLI GRAVISSIMO  
SPLENDIDISSIMORVM COLLEGIORVM VBIQVE  
SENIORI DE OMNIBVS IMMORTALITER  
MERITO  
  
PATRONO AETATEM  
VENERANDO

VIR ILLVSTRIS  
SVMME REVERENDE  
ATQVE EXCELLENTISSIME

PATRONE RELIGIOSA OBSEQUII  
PIETATE COLENDE

BORNI

ICTO INCO APPARATU

DYMSATI IN ALLEGORIA MOLITORIA

GRATIAS HZ ET SIT TAN

ET KESTA

ECCLESIAE LATHESIENSIS MELIBUR

GENSIS CANDIDUS ET POMERANIA

COTATIA ET COTATIA

ONORATIA ET ONORATIA

ONORATIA ET ONORATIA



*Am singularis ac prouida  
est TVA in rebus , quae  
vel ad ciuitatis , vel ad  
ecclesiae salutem spectant,  
consilendi cura atque dex-  
teritas , tam commemorabi-  
lis cunctisque laudum praeconus celebranda  
in caeleste Numen pietas , tam prolixa et pro-  
pensa in omnes literarum cultores humani-  
tas , tam illustres ac diuinae sunt ceterae  
TVAE*

TVAE virtutes, vt iam dudum me in **TVI**  
admirationem veneracionemque conuerteris.  
Accedit mirifica summaque illa benevolentia,  
qua, vt saepe Honorandum Patrum meum  
praedicantem laudantemque audiui, parentem  
meum, Illius fratrem unicum, in fortunatas  
illas coelitum sedes in prima infantia mea  
transcriptum, complexus es. Non indigna-  
beris itaque, **VIR ILLVSTRIS** atque  
**EXCELLENTISSIME**, quod grati  
quoddam pii et filialis animi monumentum ipsa  
bac scriptione erigam, TEque, vt has studio-  
rum meorum primitias, quas **TIBI** in devo-  
tissimae subiectissimaeque mentis signum offe-  
ro, benigne accipias, ac in me amorem illum  
benevolum, quem in **TE**, beatus parens meus  
expertus est, Patrociniumque sumnum  
transferas, demississimis atque religiosissimis  
precibus obsecrem. Ego certe, quod unice  
possum, rerum nostrarum effectori gubernata-  
rique optumo Maximo, D EO ardentis-  
sima incitissimaque vota nuncupare numquam  
intermittam, vt in **TE**, **VIR ILLV-**  
**STRIS** atque **MAGNIFICE**, gentem-  
que **TVAM** splendidissimam, quicquid felici-  
tatis, tranquillitatis, beatitatisque in his ter-  
ris perfectissimae esse potest, largissime con-  
ferat, consilia, actiones, cogitationesque

*TVAS* prosperet atque fortunet, seroque  
TE, firmum iustitiae fulcrum tutissimum mi-  
serorum atque afflictorum asylum, commune  
denique omnium bonorum gaudium, in coelum  
recipiat, vt non solum hunc, quem mox egre-  
diemur, annum, sed et complures alios, nouis  
semper viribus, novoque robore confirmatus,  
feliciter superare queas. Hoc toto pectore  
voueo, dum me *TVO, VIR ILLVSTRIS*  
atque *EXCELENTISSIME*, patro-  
cino, ex veteri Praetoria formula do, dico,  
addico. Scrib. Lipsiae *III. Kal. Ianuar.*  
*c I o I o c c XXVIII.*

**TVO ILLVSTRI ATQVE EX-  
CELLENTISSIMO NOMINI**

deuotissimus Client  
GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN.



DISSE<sup>NT</sup>RATI<sup>O</sup>  
DE  
FEVDO INOFFICIOSE  
QVAESITO.

§. I.



Anae rationi admodum conuenit, ut Successio ab iis, quos praeterea in vita dileximus, intellectu in dictamine rebus rationis fundata bona post mortem relinquere voluntate censeamur. Maximum erga liberos a nobis procreatos, et his deficientibus, erga parentes, a quibus procreati sumus, amorem sentimus, nec minus amor erga reliquos cognatos tanto maior esse solet, quo arctius est cognationis vinculum. Hinc rectae rationis principia haud difficulter euincunt, quod post mortem bona a nobis relicita istis personis secundum graduum proximitatem et prerogatiuam debeantur. *conf. l.7. d. bon. damnat. l.7. in fin. und. lib.* Verum alienae voluntatis coniectura non indigemus, si quidem illa satis sit clara. Non ergo coenatorum in successione haberi potest ratio, ubi defunctus extraneum heredem dixit, id quod iure naturae haud remittitur. *merito cessat testamentum existente*

A 2

pugnan-

## 4 DE FEVDO INOFFICIOSE

*aequum tam  
en est ali-  
mentaria, qui-  
bus in vita de-  
bemus, etiam  
post mortem  
relinquere, si  
nondum fibe  
sufficiant*  
pugnante fieri potest, nisi quod alimenta iis, quibus eadem  
in vita debemus, quatenus nondum sibi ipsi sufficient,  
etiam post mortem ut relinquamus aequum sit. Hinc ne  
quotidie nouae exoriri possent lites, quibus heredibus et  
quantum alimentorum nomine ex hereditate defuncti de-  
bererur, lex ciuilis opus habuit, ut certum quid hac de-  
re statueret, quod imposterum in vniuersum obtineret, ac  
indoctae plebi mox in sensum incurreret.

### §. II.

*vnde o Roma-  
nis inventa est in Iurisprudentia ignorat. Nam, quum mox post introduc-  
legitima*

Quid leges Romanae praestiterint, non nisi hospes  
in Leges XII. Tabb. disputatione fori de exheredatione,  
quatenus haec permissa sit vel non, actum sit, probabile est,  
quod iam staturum vel vsu receptum fuerit, ut certa por-  
tio hereditatis ceu minimum a moribundis, certis heredi-  
bus relinqui deberet. Nam qua lege id primum apud Ro-  
manos sit introductum, quum nullibi proditum sit, nos  
ignorare non pudeat. Sufficiat nosse, quod Romani certis  
personis pietatis officium praestari voluerint, atque illis  
certam hereditatis portionem postfata relinquendam pra-  
ceperint. Quae portio proprio quidem nomine *LEGITI-  
MA* vocatur, *I. 19. d. bon. libert. l. 30. f. e. q. C. d. inoff. test. am. Nov.*

*quae quodam-  
modo funda-  
ta in iure na-  
turae*  
verum tamen, quod ipsi Romani agnouerint, illam quo-  
dammodo in iure naturae fundamentum habere suum, ad-  
paret exinde, quod passim *debitum naturale* appelletur,  
item, *quod iure naturali* debeatur, conf. *I. 36. §. 2. C. d. inoff.  
test. l. 11. d. suis et legit. hered. l. 7. §. 1. f. i. tabb. test. null. ext.  
l. 1. C. de impon. lucrat. descript. Lib. X.* Nec minus ob id  
factum intelligo, quod in nostris terris vel illa statuta, que  
parentum legitimam tollunt, penitus improbata et saltim  
quantitatem legitimae minuentia tolerata fuerint. *Conf. El.  
12. P. III.*

### §. III.

## §. III.

Quicquid sit, a dispositione legum Ciuilium vnicet determinare  
dependet, quod legitima certis personis necessario fit re-  
linquenda, et si illae alimentis non indigeant, vel eadem a  
nobis exigerē nequeant. Dependet quoque determinatio  
quantitatis, quae obseruanda est, licet ea ad alimenta non  
sufficiat, vel quoque debitum alimentorum excedat, quum  
lex in vniuersum loquens indistincte valere debeat, nec  
eiusmodi varietatibus sanctio accommodari potuerit. At eius quantitas  
in vulgus notum est, quod, quum legitima olim indistincte  
quarta pars portionis ab intestato debitate fuerit §. fin. I. d.  
*inoff. ref. l. 31. C. eod.* Iustinianus hanc quantitatem mu-  
tauerit, tridentem, si liberi quatuor vel pauciores, semissim  
vero, si plures quam quatuor adsint, substituendo. *Nou. 18.*  
*c. 1.* Et licet hoc ipso varietas aliqua seruata videatur: ta-  
men legitima indistincte vel triens vel semis pro numero  
liberorum est, nec aliarum varietatum ratio habetur. Quia  
vero viuentis nulla est hereditas, *I. i. d. hered. vendit.* nec  
hereditas intelligitur, nisi deducto aere alieno *I. 72. d. iur.*  
*dot. l. fin. d. iur. fisc. l. 39. §. i. d. V. S.* hinc in computanda le-  
gitima illa ineunda estratio, vt et tempus mortis inspicia-  
tur, quodque defunctus aere alieno deducto reliquit, spe-  
ctetur, vt tamen ea quoque, quae, si de liberis heredibus  
quaestio sit, unus alterue ex substantia defuncti iam ante  
percepit, post mortem parentum, nisi in specie oneri col-  
lationis exempta sint, conferantur et computentur. Quod  
hac ratione superest, illius tertia pars inter heredes quatuor  
vel pauciores, dimidia vero inter plures quam quatuor,  
distribuenda est, quodque aequali distributione facta vni-  
cuius herendum cedit, illud dicitur cuiusuis legitima, estque  
vel tertia vel dimidia pars istius portionis, quae heredi alias  
obuentura fuisset.

A 3

§. IV.

## 6 DE FEVDO INOFFICIOSE

## §. IV.

*personae qui-  
bus debetur,*

*ab eadem ob-  
ingratitudi-  
nem excludi  
possunt.*

*ob iniquam  
exclusionem  
a legitima  
testamentum  
tanquam in-  
officium re-  
scinditur.*

Primo liberi, deinde parentes et tandem fratres sunt, quos lex ob pietatis officium excludi non posse autumat, adeoque ipsis praedictam portionem ex hereditate defuncti addicit. Non idem reliquis cognatis praestari vult pietatis officium, unde hi pro lubitu a testatore praeteriri possunt et ab hereditate penitus excludi. Sicuti nec fratribus vel sororibus indistincte, sed tum demum, si ipsis persona turpis in testamento praeserri velit, et hoc casu quidem germanis et consanguineis, neutiquam tamen veterinis, legitima debetur. v. l. 27. C. d. inoff. test. Sed et supponitur, quod praedictae personae hoc beneficio semet ipsis non fecerint indignas. Nam certas ingratitudinis causas et quidem intuitu liberorum quatuordecim Nou. 115. c. 3. respectu parentum octo, d. Nou. c. 4, et quoad fratres tres Nou. 22. c. 47. expressas legimus, ob quas exclusio a legitima permittritur, quum iniquum videatur imperare pietatis officium illis, qui erga nos impii extiterunt, praestandum.

## §. V.

Extra casum permisae exheredationis legitima praecise est relinquenda, ita ut nulla ratione vel auferri vel minui possit. Secus si factum fuerit, testator contra officium liberis, parentibus, vel fratribus debitum egisse dicitur. Hinc tale testamentum per excellentiam inofficium nuncupatur, et actio ad illud rescindendum introductorya querela inofficii, quum alias vocabulum inofficii generaliorem significatum admittat et quemcunque debiti officii neglegentem denotet, prout libertus patronum sine venia in ius vocans inofficiosus vocatur in l. f. d. in ius voc. Quia vero legitima post mortem demum relinquenda fuit, testamenti inofficii querela locum non habente, nisi defun-

ctus

Etus per testamentum legitimam auferret, hoc maleulis ansam dedit, ad prouidam legum dispositionem eludendam, ut bona sua ante mortem ianmoderatis donationibus vel in dotem dationibus in praeiudicium legitimae aliis debitae exinanirent, siveque intestato quidem decederent et tamen inane heredis nomen, vel saltim legitimam haud illaesam, heredibus suis relinquenter. Ob id boni Imperatores necesse habuerunt, fraudulentis huiusmodi machinationibus obuiam ire atque, ad rescindendas istas alienationes, tam querelam inofficiosae donationis *t. t. C. d. inoff. donat.* quam inofficiosae dotis *l. vnic. C. d. inoff. dot.* laefis in legitima concedere.

*nec non donatio  
et dos in-  
officioſa.*

## §. VI.

Pariter inofficiosae donationis vitium contrahitur, quando in fraudem et praeiudicium legitimae post mortem relinquenda, quis res suas pretiosas pro viliori pretio vendit *arg. l. 4. §. 27. d. exc. dol.* vel vendit quidem pro iusto pretio, sed premium saltim dicis causa constitutum est, quod venditor nunquam exacturus erat, ita ut contractus onerosus donationi dissimulatae obducatur. *l. 36. d. contr. emt. contrahitur.*  
*l. 7. C. eod.* Nam quum in omni negotio potius videndum sit quod agitur, quam quod simulate concipitur, contractus emtionis venditionis vel similis contractus non potest non in tantum pro vera donatione haberri, in quantum premium vel aliud quid pro re alteri tradita praestandum dicitur, quod tamen in rei veritate praestandum non est. *l. 38. d. contr. emt. l. 20. locati.*

## §. VII.

Contra, si in contractibus et negotiis onerosis verum et proportionatum premium, vel tale quid, quod rei alienatae valori responderet, interueniat, talis modi alienatio non poterit in fraudem legitimae facta videri, ubi heredes ex eo, *Contra contractibus vere onerosis  
vitium inofficioſa  
ciosi obuerit nequit* quod

quod pro re alienata datum fuit, legitimam saluam habeant  
 necesse est, et, si quidem tale quid ex post facto intereat,  
 sufficit, quod praecedenti alienationi hoc non imputari,  
 nec ea subinde pro fraudulenta et inofficiose haberri queat.  
 Iusta ratione Interpretes ob id regulam formant, quod con-  
 tractibus et negotiis vere onerosis nunquam vitium inoffi-  
 ciosi obuersti possit. Sicuti vero fundamentum huius re-  
 gulæ vnicē in eo situm est, quod nulla legitimae defraudatio  
 a contrahentibus intendatur: ita, si fundamentum hoc  
 cessare videatur, quod nec amplius dictum assertum sibi lo-  
 cum vindicet, sua sponte fluit. Poteſt enim contingere,  
 vt quis ad alienationem rerum suarum eum in finem pro-  
 grediatur, quo pretium exinde redactum postmodum dis-  
 siper, adeoque heredibus legitimam post mortem relin-  
 quendam per consequentiam auferat vel saltim minuat.  
 Etsi igitur in iure nostro legitimae saltim contra fraudulen-  
 tas alienationes titulo lucrativo factas expresse prospe-  
 ctum videatur: tamen quum Legislatores non in querela  
 inofficioſi testamenti ſubſtitent, ſed, ne alia ratione legitima  
 defraudari poſſet, inſuper querelam contra inofficioſas  
 donationes vel quoque dotes admiferint, ſane in mentem  
 piissimorum Imperatorum iniurii exiſteremus, ni iura de  
 inofficioſis donationibus praefcripta ad praedičtas fraudu-  
 lentas alienationes proferre, ſed illas validas omnino nec  
 reſcindendas pronunciare vellemus. Sed et, ſi huius gene-  
 ris alienationes actione Fauiana vel Caluifiana utili reuoc-  
 ari malis, veluti ea, quae in fraudem quartae arrogato im-  
 puberi ex constitutione Diui Pi debitae ab arrogatore ali-  
 enata ſunt, quaſi per Caluifianam vel Fauianam actionem  
 reuocari dicuntur *in L. 13. si quid in fraud. patr. fac.* non re-  
 pugnarem, ſi modo certum eſſet, quod in finili viſione dicta  
 actio a iure introducta fuerit. Etenim re penitus inspecta,  
 diffi-

*vifi in frau-  
 dens legitimae  
 initii videan-  
 tur.*

diffiteri nequeo, quod omnes leges d. t. *si quid in fraud.*  
*patr.* nihil habeant de tali specie, de qua nos agimus, sed vel  
 donationem vel aliam alienationem non iusto pretio fa-  
 ctam supponant, vbi deinde dicta actio aduersus emtorem  
 non conceditur, nisi ad rem recepto pretio restituendam,  
 vel supplendum illud quod iusto pretio deest. *vid. l. 1. §. 12.*  
*d.t.* nec respicitur ad hoc, an emtor fraudis vel dolii conscius  
 fuerit *d. §. 12. et 4. Eod. vrut in l. 1. C. si in fraud. patr. a li-*  
*bert. alienat. fact.* satis superque fundatum sit, quod reuo-  
 candi potestas non ulterius tributa fuerit, quam quatenus  
 legitima diminuta est. Verum nobis sermo est de  
 alienatione, quae sit pro iusto pretio, hoc saltim in fraudem  
 legitime dissipato. Vnde, quum hic non restituto pretio  
 ad illam pro legitime quantitate reuocandam agendum sit,  
 actio non conceditur, nisi emtor fraudis conscius fuerit, *et emtor in*  
*quod ipsum tamē difficulter argumento d. l. 1. §. 12. si quid fraude sit.*  
*in fraud. patr.* melius exemplo *l. vlt. §. 1. quae in fraud.*  
*credit.* probabitur. Interim ex dictis facillime colligitur,  
 qua ratione omnē negotium ad legitimā vel atferendā  
 vel minuendā susceptum in iure inofficīsum dicatur.

## §. VIII.

His suppositis facilius apparebit, quomodo feudum  
 inofficīsi notam incurrere queat. Quumque vox feudi  
 diuersimode accipiatur; et modo contractus feudalīs *v. H. quæstū*  
*F. 20.* modo res in feudū concessa *I. F. 4.* modo ipsum ius  
 in re feudalī per contractū et subsequentem inuestitū  
 ram constitutū *II. F. 25. §. 1.* eo nomine venire soleant; *quod describi-*  
 ita feudū inofficīsi quæstū nobis hoc loco audit,  
 quando quis bona sua iure pleni dominii possessa in rei,  
 quae ab alio iure utilis dominii sub lege mutuae fidelitatis  
 feudalī recognoscenda est, comparationem impendit, vel  
 quoque bona sua allodialia alteri offert, vt ab hoc utile eo-  
 rundem

rundem dominium sub lege fidelitatis feudalis mutuo praestandae recipiat; vel denique rei suae utile dominium sub predicta lege alteri concedit; adeoque vna alterave predictarum visionum feudum contrahit eum in finem, quo legitima iis personis, quibus secundum leges civiles debetur, vel integra vel pro parte auferatur. Ita enim non solum quid feudum sit, verum etiam, quid sit feudum inofficiale quaesitum et quotupliciter nos in praesenti illud consideratur simus, breuiter et in compendio exhibemus. Neque instituti ratio fert, vt, quae de feudi in genere spectati definitione moneri poterant, quaeque inter interpres iuris feudalis copiose disputantur, vrpote trita ac ubiuis obuia hac transcribamus, rati, quod illis, qui haec demum addiscere necesse habent, praesens dissertatio parum profutura fit, illi vero, quibus prima iuris feudalis pracepta satis cognita sunt, diffusa istorum explicatione eo lumentius supersedeant, quo magis dicendorum ratio ad specialiora tendit. Sed et, si ad feendum in specie, qua ut inofficiale consideratur, deuenias, non equidem nego, quod plures occurrant visiones, quibus ipse heres feudalis de feudo ab antecessore in aliud inofficiale translato conqueri necesse habet: quum vero haec tractatio peculiarem industriam mereatur, mihi illam in praesentiarum studio relinquente de eo saltim disquirendum fuit, qua ratione heredes allodiales de feudo, quod defunctus alteri alicui inofficiale quaesivit, queri possent. Nota est controuersia, quae quandam admodum prolixe inter H. PISTOR. L. 2. qu. 38. et P. HEIGIVM Part. I. qu. 25. agitata est, quorum ille evicit, deberi filiae defuncti Vasalli legitimam successore in feudo, quod pater nouiter acquisivit et in cuius comparationem ipse bona sua allodialia impedit: hic vero contrarium afferuit. At merito praeualuit

PISTO-

*Controuersia  
inter H. Pi-  
stor. et P.  
Heig.*

PISTORIS sententia; et sicuti Serenissimus Saxo illam *Conf. ined.* 2. suo modo comprobauit, ita tantum abest, ut iuris communis doctrina repugnet, ut potius optime conveniat, si quantitatem legitimae *dicit.* *Conf.* definitam excipias. Interim eadem pro reliquis heredibus allodialibus, quibus secundum ius ciuale legitima debetur, quae pro filia, militant ratione, hinc nostra tractatio de istis heredibus generatim concepta est.

## §. IX.

Praemonendum est, quod in iure feudali de legitima nihil habeatur. Nam eti ex *I. F. 6. §. mutuus.* constet, qua ratione filii ob animi corporisue vitiū ad succedendum in-  
Quæstio de  
legitima in iure  
feudali in-  
decisa  
habilibus alimenta in subsidium ex feudo debeantur: tamē alia plane ratio est legitimae, quae partim non debetur, nisi iis, qui ius succendi ab intestato habent, *I. 6. §. 1.*  
*de inoff. test. I. 8. pr. C. eod.* partim quoque non semper alimentorum rationem habet. Sicuti ergo, quae de legitimae praestatione actibusque illam laudentibus tanquam inoficiois intuitu feudorum occurrunt quæstiones, iure feudali pro indecessis habenda sunt: ita monitu ipsius Feudistar. *II. F. 1.* decisio ex iure ciuali petenda venit, unde idem in praesenti a nobis obseruandum est, quantum hoc materiae feudalis ratio permittit, ita, ut nec sentia nec natura feudi euertantur.

## §. X.

Feudum inofficiose acquirit, qui quidem liberam bonorum administrationem habet, sed omnia sua bona iure pleni dominii possessa vel maximam eorum partem in comparationem feudi impendit, vel quoque in feudum offert, adeoque immensa liberalitate erga successores feudales, heredum allodialium legitimam laedit. Nam utroque casu, sicut in rei quae dudum feudalis fuit, comparatio-

*ex Iure Ciiali  
supplenda est.*

nem bona nostra conuertantur, siue ipsa bona allodialia qualitate feudali darentur ab eo, cui oblata fuerunt, illud efficitur, vt secundum naturam successionis feudalis sicuti masculi ab acquirente per lineam masculinam descendentes succedant, omnibus reliquis, qui alias secundum iuris civilis placita ad successionem vocantur, penitus exclusis. Hinc non succedunt filiae *II. F. 11. II. F. 36. J. F. A. C. I. II. III. J. F. S. C. II.* nec descendentes ab ipsis, licet masculi sint, *I. F. 1. §. 3. II. F. II. vers. ad filias vero.* quin foemina in filium ex se natum non plus iuris, quam ipsa habet, transferre possit *a. l. 175. §. 1. d. R. F. §. 7. F. d. legit. agnat. success.* Excluduntur pariter a successione ascendentis acquirentis *II. F. 50. I. F. 13. vers. et si clientulus. J. F. S. C. VI. XXI. J. F. A. C. LXIII.* aequa ac fratres ipsius, *I. F. 8. 20. II. F. 9. 12. 18. conf. J. F. S. C. XXXII. J. F. A. C. LXV.* et feudum deficientibus descendantibus masculis reuertitur ad Dominum iure dominii directi. Quod si ergo post mortem Vasalli filiae, hisque deficientibus parentes et conuenienti casu fratres vel sorores in legitima se defraudatos sentiant, ista feudi adquisitio imitatur quamcunque alienationem in praetudieum legitimae factam, adeoque, vt contra eam heredibus subueniatur, iustum est. Quippe propter commodium successionis ex qualitate feudi acquisiti heredibus admittum et successori feudali quae- situm, eorum intuitu periinde est, ac si Vasallus bona sua quibus allo titulo hereditatio in successorem feudi transfluerit, et sufficiat; quod heredibus imputari non possit, ipsos esse ad succedendum in feudo inhabiles. Sane in bonis Vasalli, si haec adhuc allodialia essent, siue dubio succedere potuissent, nec minus defuncti heredes in allodio existunt, ac legitimam fibe debiram non ut successors in feudo, sed ut successors in allodio perunt. *Contra defunctus, ut ut liber-*

liberrimam de bonis suis disponendi facultatem habuerit, nec tamen hanc in fraudem legitimae post mortem relinquenda extendere potuit, quare heredibus allodialibus eo minus inuidendum, si seudi acquisitionem, in quantum legitimae fraus facta est, impugnent, quo minus dubium est, quod alia quaevis donatio a defuncto in fraudem legitimae, ut in unum ex coheredibus, facta tanquam inofficiose impugnari possit. *vid. l. 8. C. d. inoff. donat.* Contorta plana ista Dissidentium dubitatio est, quando vrgeri vult, quod commutatio bonorum allodialium in feudum, vel comparatio bonorum feudalium non tam pro donatione a Vasallo filii vel aliis successoribus feudalibus, quam pro gratia et donatione a Domino directo Vasallo facta habenda, sive successio in feudo successori feudal non tam facto Vasalli acquirentis, quam facto Domini concederatis tributa sit. Ut enim gratiae Domini directi anumerare velimus, quod ipse Vasallum feudum acquirentem receperit, vbi ego potius Vasallum in Dominum directum, quando ille huic per oblationem in feudum dominium directum rei suae relinquit, liberaliter existere, et magis, quando quis bona feudalia emit, Dominum venditori per consensum in venditionem, quam emtori fustum pretium exsolventi gratiam facere, vel, si ipse Dominus directus vendat, hunc potius proprium commodum respicere existimat: tamen gratia ista, quae fit Vasallo feudum in praeiudicium legitimae acquirenti, non excludit respectum donationis, quae insimul a Vasallo filii et successoribus feudalibus facta est, cuiusque maxima utilitas saltim in tempus mortis Vasalli differtur. Deinde vero grauissime principium petitur, quando asseritur, quod potius factio domini quam Vasalli heredibus feudalibus de successione prospiciatur. Etenim secundum veram successionis feudalis

dalis naturam successio dependet a pacto, quod Vasallus cum Domino directo in acquisitione feudi initit. Vnde, quum ad quodvis pactum vtriusque pacientis consensus desideretur, tam Dominus quam Vasallus non possunt non concurrere in successione futuris successoribus quaerendis; interim tamen causa principalis quaestio iuris succedendi semper Vasallo in acceptis referenda est, quum, nisi hic feudum acquisiuerit, nec illi, quibus de successione prospectum est, succedere possent, *conf. Dn. Horn. Jpr. Feud. in app. Resp. XIV.* Intuitu fratrum difficulter casus existet, quo hi de feudo inofficiose acquisito queri possint, nisi supponas, defunctum obtulisse bona sua personae turpi in feudum, vel comparasse feudum, quod a persona turpi recognoscitur, ita, ut ad hanc post mortem Vasalli reuertatur, fratribus defuncti a successione exclusis nec legitimam saluam habentibus. Quod si contingeret personam turpem de feudo simultanea inuestiri, posset haec, post mortem Vasalli feudum acquirentis sine descendantibus defuncti, successionem in feudo praefratre affectare, ut adeo hic de inofficiose queri necessarium haberet. Sed quis Dominus directus concedet beneficium simultaneae inuestiture personae, quae non potest honeste stare in curia ipsius.

### §. XI.

*Feudum inofficiose possit, licet oblatum vel emtum sit.* Saltim quoad filias Vasalli feudum nouiter acquirentis, nostra sententia suspecta videbitur illis, qui filiabus tam in feudo oblato quam emto successionem concedunt. Et verum est, si feminae cum masculis in talis modi feudo succedere possint, quod haec feudi acquisitionis sua natura filiarum legitimae minus praejudicatura sit. Enim vero, quum nec in tali feudo successionem seminarum admittamus, quid argumenta Dissidentium valeant, spectandum.

*quatenus  
feudum in-  
tu-  
fratrum  
inofficiose  
dari posse.*

dum. Maxima diffensus vis in eo vertitur. Feuda originetenus Vasallis gratis concedebantur, ob id beneficia dicta. II. F. 23. Quum ergo beneficiato sufficere posset, ipsum ad tempus beneficio gaudere, antiquitus Dominus directus feudum pro lubitu reuocare solebat. Et licet successu temporis eo deuentum sit, vt omnes descendentes Vasalli in infinitum succederent: tamen incongruum videbatur, spem futurae consolidationis difficultiam reddi, si non auferri, feminas ad successionem admittendo. Insuper Vasalli servitia militaria Domino praefare debebant pro beneficio accepero, quo ille commodum aliquod beneficii a se collati sentiret, ast feminae ad praestationem seruitiorum sunt inhabiles. Hinc successio in feudis nunquam ad feminas et descendentes ab ipsis producta fuit, ne beneficia Dominis magis damnoſa existerent. Quum vero feuda oblata et ea, quae a Domino titulo oneroso acquiruntur, vera beneficia non sint, cefſante cauſa, ob quam feminas a ſucceſſione arcentur, pariter diſpoſitio iuriſ feudaliſ, quae feminas a ſucceſſione excludit, ceſſare videbitur, potius Vasallus, qui aequalem affectum erga liberos suos habere cenſetur, aequo filiabus ac filiis de futura ſucceſſione proſpexisse praeſumendus erit, fi quidem in literis inueſtiturae liberis vel deſcen‐dentiſ in genere ſucceſſio quaefita, nec eadem expreſſe ad maleſculos deſcenſentes reſtricta videatur. Non opus ha‐bemus iſtis coloribus, quibus alii vtuntur, vt defendant fe‐duum, vt cunque oblatum vel emtum sit, beneficium eſſe, ſed eſto, quod non ſit beneficium. Tamen non ſequitur, quod feminae ſuccedere poſſint. Etenim confunditur a diſſen‐tientibus cauſa impulſiuā cum finali. Eſto, quod cauſa impulſiuā denegatae ſucceſſionis feminarum in feudiſ fuerit gra‐tuīta feudorum confeſſio, tamen ceſſante cauſa impulſiuā legiſ

legis non mox ipsa legis dispositio cessat, sed hoc saltim accipiendo est de causa finali. Ast quamdiu haec non cessat, tamdiu inhaerendum est legis dispositioni. Causa finalis seu ratio, cur seminae ad successionem in feudis non sint admissae, consistit partim in eo, quo feudum citius aperiatur et ad Dominum directum reuertatur, partim, quod seminae ad seruitia praestanda sunt inhabiles. Verum hae rationes generaliter obtinent, nec vllibi in iure feudali restringuntur ad feuds gratis concessa. Sicut ergo patiter in feudo oblato vel emto Domini directi interest, quo feudum propediem ad ipsum reuertatur, et successores habiles succedant: ita Vasallus vel descendentes ipsius de hoc conqueri non possunt, quum ille, qui negotium contrahit, naturam ipsius perspectam habere debeat. Adeoque Vasallus qui feudum adquirit, scire debet, quod feudi natura, vtut ipse nullo adficatur beneficio, in eo consistat, quod seminae succedere non possint, et habet, quod sibi imputer, quod de filiarum successione cum Domino non expreſſe pactus fit. Quin, si argumentatio Dissentientium quid efficeret, sequeretur, quod non solum filiae Vasalli, verum etiam omnes reliqui heredes allodiales ad successionem admitti deberent, quod Vasallo facultas feudum sine Domini consensu alienandi et de eo testandi competenter, quodque tale feudum potius pro allodio habendum esset. Ast nullibi in iure feudali ad naturam, ne dicam essentiam feudi resertur gratuita ipsius concessio, nec a definitione nominali, quando feudum passim beneficium dicitur, ad definitionem realem valet consequentia. Sane gratuita feudi concessio et adquisitio nihil aliud est, quam modus feudum acquirendi, hic vero naturam feudi constituti non ingreditur nec eam afficit, sed est extra eam, nec adeo feudum inproperium efficit. Quo minus ergo feudum

ena-

emtum ad feuda impropria refero, eo minus feudum oblatum iis accensendum duco. Nam et si hoc potius in re Vasalli propria quam aliena constitui videatur: tamen, quo ipso Vasallus rem suam Domino dicit in feudum commurandam offert ac inuestituram de ea petit, eo ipso transfert dominium plenum rei suae in dominum, aque ab hoc dominium per inuestituram recipit, qua ratione non de re propria, sed vel maxime ante inuestituram aliena inuestitur, utpote quem conceptum oblationis in feudum ipsius inuestiturae indoles, quae necessario dominium utile in inuestiendum transferre debet, nec aliter inuestitura vocari meretur, absolute imperat. Sed et si tam feudum oblatum quam emtum ratione originis inter feuda impropria referre malis, nec tamen euincitur, quod feminae successionis capaces sint, quum feudum in uno alteratum non etiam in aliis propriam feudi naturam exuere debeat. *a. IL F. 48.*

## ¶. XII.

Feudum sub pacto retrouenditionis adquisitum in officio notam non effugit, si in fraudem legitimae tenet. Nam et si earenus improprium sit, quod non sit permanentem, sed Vasallus illud retrouendere teneatur: tamen quoad reliqua proprium manet, ita ut, Vasallo ante retrouenditionem defuncto, non nisi filii aliquique successores habiles succedant, hereditibus allodialibus exclusis. Nec est, quod existimes, defunctum, qui tale feudum relinquit, inservi ipsem securitate retrouenditionis et pretium recipiendi relinquere, quumque pretium procul dubio pro allodio habendum sit, heredes allodiales in hac spe non secus ac in aliis iuribus ac nominibus sub conditione quaesitis, adeoque interea in ipso feudo succedere. Enimvero pactum retrouenditionis emtioni adiectum

C non

## 18 DE FEVDO INOFFICIOSE

non efficit actum conditionatum, sed illum producit effectum, ut emitor veniente tempore retrovenditionis ad novam venditionem celebrandam obligatus existat. Quum ergo Vasallus emitor interea verum feudum teneat, et nequidem obligationem in bonis habeat, qua alterum cogere possit ad rem retroemendam, ipse defunctus non aliquid ius vel actionem, sed verum feudum relinquit, unde in hoc non nisi heredes feudales succedere possunt. Et licet postea feudum redimatur: tamen, quum ii post mortem Vasalli in feudo semel successerint, adeoque necessitas feudum restituendi tantum ad ipsos pertineret, nec minus pretium pro re feudali receptum ipsis solis relinquentum est, quippe quod heredum allodialium lucro cedere nequit, pariter atque alias, si feudum a Vasallo relictum successores vendant, heredes allodiales de pretio ex in redacto participare non possunt. Secus erit, si Vasallo feudum venditum sub pacto retrovenditionis verbis resolutius et directis concepto, quod scilicet oblato pretio contractus debat ipso iure esse resolutus ac res inemta. Etsi enim contingat, Vasallum nondum facta relutione decedere atque successores feudales de feudo relicto inuestiri: quodsi tamen postmodum feudum reluat, quo ipso res retro inemta fingitur a. l. 4. §. 3. l. 6. pr. d. in diem addit. iunq. l. 4. C. d. pac. iur. emtor. adeoque Vasallus interim defunctus non potest non fingi pretium vt potest rem allodiale, minus vero feudum, reliquie, eo ipso pariter ad heredes allodiales precium illud devolutum esse, ut fingatur necesse est. Hinc in tali specie, sicuti pretium ad successores feudales solos non pertinet, nec heredes allodiales ut de feudo inofficiose quaesito conquerantur opus habent, indeque pro ipsis cautela esse potest, si metuere habent necesse, ne venditor feudi redemptionem omittat, quo cum hoc conueniant

*nisi pacto re-  
trowenditio-  
nis per verba  
resolutiva et  
directa in to  
feudum redi-  
matur.*

niant et aliquo dato impetrant, ut ipse ius relutionis exerceat. Verum enim vero citra talem visionem, et si feudum sub pacto retrovenditionis pro descendantibus masculis et feminis acquisitum sit: non tamen feminis successionem aliter largior, quam defientibus masculis, sicuti hoc alias iuris est, quum solidam rationem non videam, cur in hoc feudo, quod alii pro masculis et feminis sine pacto retrovenditionis emitto in hac visione penitus respondet, feminae melioris conditionis esse atque una cum masculis succedere debeat, sed primus acquirens, siquidem hoc ipsum voluisset, illud clarius exprimere debuisset. Ceteroquin, si ille, qui feudum a Domino sub pacto retrovenditionis emit, nondum facta inuestitura moriatur, quod rum saltim ius vtendi fruendi iure crediti habeat idque ad omnes heredes deuoluat, veluti hoc asserit DN. HORN. *Iurisprud. Feud. C. IV. §. 8. in fin.* de eo quidem maximo pere dubito. Non enim defunctus mutuum vel contractum antichreticum init, sed emit rem a Domino qua feudalem sub pacto retrovenditionis. Ut ergo defunctus ob non secutam inuestituram nondum dominium vtile natus sit adeoque hoc respectu feudum nondum sit constitutum: tamen contractus inter defunctionem atque Dominum celebratus adeo perfecte initus est, ut dominus obligatus existeret, ad ipsum pro se et descendantibus masculis de re entia iure feudi inuestiendum. Quam obligationem et ius ad rem emit tempore mortis vnice in bonis habet, nec adeo aliud quid ad haeredes transmittere potest. Et sicuti ius ad rem feudalem ad alios successores, nisi quibus illud per contractum quae situm est, eo minus transmitti potest, quo minus ipsum dominium vtile in re feudali per inuestituram defuncto Vasallo acquisitum ad successores, quibus de futura successione in contractu non prospe-

*is, qui feudum  
sub lege retro-  
venditionis  
emit, ante in-  
vestituram  
defunctionis ni-  
bil trans-  
mittis ad he-  
redes allodia-  
les.*

## 20 DE FEVDO IN OFFICIOSE

ctum, deuolui potest; pariter, atque feudi expectatiua, quae aequo exspectuato saltim ius ad rem feudalem casu aperiatura exiffente a concedente vel heredibus confequendam, minus vero ius in retribuit, non ad omnes exspectuati haeredes sed saltim successores feudales regulariter transit: ita non video, qua ratione heredes allodiales in specie adducta ius quoddam crediti obuertere et in eo perinde, ac in iure vtendi fruendi rem a defuncto emtam, successionem aliquam praetendere possint, sed successor feudalis vnice aduersus venditorem ad rem a defuncto emtam per inuestituram ipsis in feudum concedendam agere possit, haeredes allodiales vero, siquidem in legitima se defraudatos esse sentiant, ut illam a successore in feudo peccat, necesse est.

## §. XIII.

*Feudum pignora titium in officiosum non est, licet quis omnia bona allodia lia in illud convertat.*

Porro alia ratio est feudi pignoratitii. Quo huius conceptus distinctior euadat, dabimus exemplum. Titius 1) a Caio mutuo accipit 1000. thaleros, 2) in securitatem crediti oppignorat Caio fundum Tusculanum, insuper 3) ipsis hunc fundum confert in feudum tamdui possidendum, donec ipsis ratione crediti sit satisfactum. Hinc Titius fit debitor Caii, plenum dominium fundi Tusculani iure pignoris afficitur, insuper Caius consequitur dominium vtile fundi, indeque recognoscit a suo debitore feudum pignoratitium. Ius feudi, quod Vasallus intuitu crediti sui exercet, eatenus proprii feudi naturam retinet, quod in eodem nonnisi successores habiles succedere possint, ast creditum et ius pignoris est allodiale, vnde dubium non est, quod in hoc heredes allodiales pariter succedant, atque ipsis, Vasallo fine herede feudalii defuncto, fundum oppignoratum iure allodii retinent, usque tum pecunia credita exsolvatur, licet non aequo, ut successores feudales, fructus iure dominii utilis

utiles lucentur, sed ad rationum redditionem de fructibus perceptis, nec non ad fructus vias ordinarias excedentes in forrem imputandos obligentur. Interim, quum in credito, veluti re allodiali et principaliter a defuncto relicta, cum successoribus feudalibus concurrant, et hi saltem illud praecipui habeant, quod fructus ex feudo perciendos omnes suos faciant, nec heredibus allodialibus plus, quam legitimas vias istius portionis quae de sorte ipsius cedit, exsolvere teneantur, feudi pignorati*u* acquisitione nunquam in prae*judicium* legitimae verge*re* potest.

## §. XIV.

Quid de feudo franco sentiendum sit, videbimus. *Non eadem confederatio est feudi franci,*  
 Notum est, quod feudum francum illud dicatur, quod sine onere praefandorum seruitiorum feudalium concessum, vnde Vasallus a seruitiis, non quidem essentialibus feudi, quae ad fidelitatis praestationem *H. F. 6.* referuntur, sed tamen naturalibus, quaeque praeter fidelitatem praefarsi solent, immunis est. Quum de natura feudi sit praestatio seruitiorum, hinc si seruitia a Domino directo expressa remissa videantur, feudum improprium effectum, ast verum feudum non deficit. Etsi quoque ab Interpretibus clamatum sit, quod feudum i<sup>n</sup> uno capitulo a natura feudi recedens in reliquis feudi proprii naturam retineat: *arg. H. F. 48.* nec tamen desunt viri celeberrimi, qui feminis non solum successionem in hoc feudo concedunt, verum etiam propugnant, quod femina cum masculo admittatur. Quod ut euincant, primo regulam modo adductam limitant atque contendunt, quod feudum i<sup>n</sup> uno capitulo improprium etiam in alio improprium euadat, si una improprietas causa sit alterius improprietas; deinde urgunt, quod ratio prohibite successionis seminarum in feudis

in eo consistat, quod feminae ad militiam non sint idoneae et seruire nequeant *II. F. 36.* quod si ergo haec ratio cesset, non possit non cessare ipsa prohibitio; postea supponunt, quod in casibus per capitula ordinaria non decisis, capitula extraordinaria decisioni quaestionum feudalium inferuant. Hisque suppositis ratiocinantur. Quia in feudo franco nulla praestantur seruitia, atque hoc causa est alterius improprietatis, cur feminae pro inhabilibus successoribus haberi nequeant; porro regulae generalis, quae feminas a successione in feudis excludit, *I. F. 8. I. F. 1. §. 3.* ratio in feudo franco cessat, indeque quaestio de successione seminarum in feudo franco iure feudali pro indecisa habenda est; ast ex capitulo extraordinario *II. F. 104.* constat, quod moribus Longobardorum feminae ad successionem una cum masculis in feudo franco admissae sint; ergo decisio ex d. *II. F. 104.* petenda et secundum hanc feminis successio adjudicanda est. Verum superius ex origine indeque fluente natura introductae successionis in feudis demonstratum est, qua ratione successio non solum ob id ad feminas producta non fuerit, quod haec seruire non possent, verum quoque vel maxime ob id, quo secundum citius ad Dominum directum reuerteretur. Licet itaque altera ratio ab inhabilitate ad seruitia desumpta iure feudali saltim sit expressa: *II. F. 36.* tamen sufficit, quod altera commodum Domini directi in feudo consolidando respiciens non minus analogiae Iuris feudalis conueniat, atque in ipsa natura negotii inter Dominum directum ac Vasallum contracti lateat. Quumque haec ratio aequa ad feudum francum pertineat, toties vero quaestio capitulis ordinariis indecisa dici non possit, quoties decisio ex ratione et analogia desumti potest, hinc locum non inuenit tex-tus *II. F. 104.* tanquam capitulum extraordinarium et ana-logiae

logiae iuris feudalis repugnans; potius generalitati tex-  
tuum I.F.8.I.F.1. §.3. inhaerendum et feminis etiam  
in tali feudo omnis abneganda successio. Ob quas rationes  
idem de aliis feudis afferendum, in quibus loco seruitio-  
rum militarium tale seruitum, quod aequae commode a  
femina praestari potest, v. II.F.2. praestandum est, vel quo-  
que, vbi annuus census loco seruitiorum penditur. Quod  
fi Vasallus feudum adquirat cum libera potestate alienandi,  
hoc quidem illum effectum habet, ut feudum sine Domi-  
ni directi consentu in alium transferri possit inter viuos.  
Verum, sicuti hoc pactum non etiam eousque extende-  
re licet, vt Vasallus de feudo mortis causa disponere possit,  
quum per huiusmodi alienationem Domino directo ma-  
gis quam per liberam alienationem inter viuos praejudi-  
cetur, ait pacta naturae feudi derrahentia sint strictissimae  
interpretationis, vt contrahentes quam minimum a na-  
tura feudi recessisse intelligantur: ita multominus suc-  
cessio in hoc feudo tantopere interuersa videri potest,  
vt feminae admittendae sint, quum, si vel maxime pa-  
ctum de alienando tam late capere velimus, vt et Vasal-  
lo liberam potestatem feudum per testamentum in ali-  
um transferendi afferamus, tamen non sequatur, quod  
feudum quoque in successorem inhabilem, qualis est fe-  
mina, transferri possit. Et licet hoc quoque, inuita iur-  
ris feudalis analogia, adstruere malis, nec tamen a suc-  
cessione testamentaria in feudo per speciale pactum intro-  
ducta, ad sublatum ordinem secundum ius feudale ab  
intestate succedendi, valet consequentia. Pariter suc-  
cessio feminarum, quae in feudo ab ecclesia concessa  
obtinere creditur, nec vniuersali Germaniae consueta-  
dini, nec iuri feudalii Longobardico conuenit, adeoque  
toties probanda est, quoties per generalem loci vel pro-  
vinciae

*vel feudi, cum  
libera facul-  
tate alienandi  
Vassallo con-  
cessi.*

*vel eius, quod  
pro libertu  
per testamen-  
tum in quem-  
cunque etiay  
feminam  
transfervi  
potest,*

*vel quod ab  
ecclesia con-  
ceditur.*

vinciae consuetudinem non introducta probatur. Vnde facile apparet, qua ratione feudorum ante enumeratiorum comparatio aequē intuitu filiarum adquirentis in officiosa censeri queat.

## §. XV.

*Quando feudum a seminā adquisitum inuitū filiarum pro inofficiose habendum.*

Etsi femina ad successionem in feudo inhabilis sit: tamen feudum acquirere, vel bona sua in feudum offerre potest *I. F. 17. 30.* Et quum Dominus personae inhabili feudum concedens, etiam successorem inhabilem non reprobasse videatur, seminae in feudo femineo successionis capaces sunt, *I. F. 1. §. 3. I. F. 8. I. F. 8. I. F. 14.* vnde filiabus per feudum a matre adquisitum non praeiudicatum iri quis forte existimauerit. Quicquid sit, non vna cum filiis et descendenteribus masculis succedunt, sed demum hisce deficientibus *II. F. 11. 30. 50.* Quare interest, an filiae sint solae; et fieri nequit, vt feudi acquisitione iusto pretio interueniente facta in officiosa censeatur, nisi feudum cum pacto, ne filiae succedant, vel vt feudum masculinum, als ein Mann-Lehn adquisitum: an vero filii cum filiabus concurrant, vbi, quum filii soli succedant exclusis filiabus, feudum in officiosis notam incurrat necesse est, si filiabus in legitima praeiudicatum videatur. Nam etsi spes superfit fore, vt filiae extinctis masculis adhuc successionis commodo fruantur *II. F. 50.* tamen haec spes incerta est, nec filiabus imputandum, vt incertum futurae successionis euentum expectent, quum legitima sine omni onere relinquenda sit, vt nequidem pure relicta praeftationem ad certum tempus dilatam, ob onus in temporis detrimento consistens, admittat *I. 32. d. inoff. testam. iun. Nou. 18.*

c. 3.

## §. XVI.

## §. XVI.

Quae hucusque de successione in feudis adduxi-  
mus, ea ex dispositione ac prouisione Iuris feudalis ob-  
tinent perpetuo valitura, donec diuersus succedendi modus  
per pactum contrahentium introducitur. Nam quum to-  
tum negotium feudale inter Dominum directum feudum  
concedentem et Vasallum feudum acquirentem vertatur,  
quod illi a prouisione legis recedere ac sua prouisione natu-  
ram contractus a se initi alterare vt et diuersa pacisci pos-  
sint, dubium non est, quum naturalia contractuum pro arbitrio  
contrahentium mutari immo penitus auferri queant.  
Vt hinc non obstet, quo minus iis, qui alias in feudo succes-  
suri non erant, per pactum contractui feudali adiectum  
de futura successione prospiciatur. Sufficit ergo filia-  
bus acquirentis, si feudum hoc pacto adquisitum sit, quo  
descendentes feminae vna cum masculis ad successio-  
nem vocantur; Dass er und seine Kinder so wohl männ-  
liches als weibliches Geschlechts solch Lehn haben, und  
darinnen mit einander zugleich succediren sollen. Ita  
enim filiae cum masculis in successione post mortem pa-  
tris concurrunt, quum verba ista aliam explicationem  
non admittant. Contra si verba pacti sint ambiguae in-  
terpretationis, ista explicatio paeferenda est, quae mi-  
nus a natura feudi recedit. Quunque minus recedatur,  
feminas nonnisi in subsidium ad successionem admit-  
tendo, nec aliter hae successiones commodo gaudebunt,  
quam defientibus masculis, si particulae et, aequae, tam,  
quam, cum, sicuti, non minus, sine discriminine in literis  
inuestiturae deprehendantur, v. g. Dass er seine Söhne  
und Töchter, vel: dass er und seine Kinder so wohl weib-  
liches als männliches Geschlechts, vel: dass er mit seinen  
Söhnen und Töchtern, vel: dass die Töchter wie die Söh-  
ne,

D

ne, vel: daß die Töchter nicht weniger als die Söhne,  
vel: daß er, seine Söhne und Töchter ohne Unterscheid re-  
darinnen succediren sollen. Quippe omnes haec parti-  
culae commode ita explicari possunt, vt quoad personas  
succidentes diuersum quid, sed non aequa quoad ordi-  
nem succedendi, statutum videatur. Scilicet vi pauci  
filii et filiae, aequa filiae ac filii, tam filii quam filiae,  
filiae sicuti, filii, filii non minus filiae, filii et filiae sine  
discrimine in feudo succedunt, et feminis perinde ac  
masculis ius succedendi quaeſitum est, vt feminæ  
non prius, quam deficentibus masculis, succedant.  
Quod si vero filiae vna cum masculis succedere deberent,  
non solum quoad personas succidentes, verum etiam  
quoad ordinem succedendi, dum feminæ secundum  
ius feudale non nisi extincta mascula prole vocantur,  
natura feudi immutata esset, cuiusmodi duo singularia cir-  
ca vnum idemque subiectum in dubio praesumere velle,  
ratio iuris non patitur. vid. l. pen C. d. dot. prom. l. 74.  
*similiter in-  
tuitu reli-  
quorum be-  
redum allo-  
dium, quan-  
do modus et  
ordo succe-  
dendi allodia-  
lis per pactum  
expresso rece-  
ptus est,*  
d. C. et D. Caeteroquin vero successio in feudis pariter  
eousque per pactum extendi ac determinari potest, quo  
eadem, quae alias in allodio obtinet succedendi ratio, tam  
ratione personarum succendentium, quam modi succe-  
dendi obtineat, adeoque non solum descendentes Vafal-  
li masculi et feminæ simul, verum etiam ascendentes  
aliique heredes allodiales tam ab intestato, quam ex te-  
famento succedant. Quo facto nec filiae nec alii here-  
des, iustum feudi inofficioſi mouebunt querelam. Ad  
vel beredibus quam elidendum non minus conduceere potest, quae mo-  
dibus Germaniae passim frequentatur, simultanea inue-  
per finita-  
neam inueſti-  
turam pro-  
spectum est.  
niftura, niſi ob concursum plurium simultaneæ inuesti-  
torum illi, quibus legitima debetur, in eadem se laefos esse  
uentiant.

§. XVII.

## §. XVII.

Etsi filiae aliiue heredes allodiales in feudo nouo non succendant: nec tamén ipfis legitima deberur, si feudum ad quirent gratis concessum fuerit, quum subinde nihil auferatur, in quo heredes allodiales alioquin succedere possent, sed Vasallo aliunde ex liberalitate Domini directi quid accedat, in cuius arbitrio, quum ante feudi constitutionem plenus dominus esset, non poterat non consistere, quo pacto rem suam in Vasallum transferre et quibus heredibus ius succedendi largiri vellet. Quumque similis ratio in feudo antiquo militet, quod hoc in praeiudicium successorum allodialium a Vasallo adquisitum non sit, sed ad ipsum iure successionis ex pacto antecessorum peruerterit, hisce vero integrum fuerit, quibus heredibus de futura successione prospicere vellent, manifestum est, quod heredibus allodialibus, vbi nulla ipsis competit successio, nec ius petendi legitimam ex tali feudo competere possit. vid. *Conſt. antea ined. 2.* Vnde idem obtineat necesse est, licet Vasallo si feudum, in quo Vasallus successerat, ipsis delinquenti auferatur, postmodum vero a Domino gratiam faciente restituatur. Nam licet feudum pro nouo habeatur quoad Vasallum restitutum, tamen heredes allodiales nullum incurunt praeiudicium quoad legitimam ex hereditate allodiali inde non imminuta, impoterum petendam, nisi Vasallus pro impetranda restitutione tantum erogauerit, vt reliqua bona exhausta sint. Ita enim liberalitas, quae redundat in successorem feudi, ab hoc merito compensanda est restituendo id, quod decreuit et adhuc deest legitimae successori in allodio debitae. Ex quo illud quoque conſicitur, quod Vasallus, qui cum aliis in feudo antiquo succedit, illud sibi soli comparare, vel quoque feudum antiquum, in quo nondum succedit, sed tantum spem aliquan-

Feudum quod  
Vasallus novi-  
ter sed gratis  
adquisuit, in-  
officium fie-  
ri nequit

eadem ratio  
et feudi anti-  
qui,

delinquenti  
ablatum post-  
modum resti-  
tuatur,

nisi Vasallus  
ob id allodium  
suum exca-  
nicerit,

vel quoque  
feudum anti-

do

## 28 DE FEVDO INOFFICIOSE

*tiquum comparando alodium exhauf-  
rit.*

*Explicatur  
Constitut.  
ined. 2da.*

do succedendi habet, emere et allodium exinanire non possit, ad defraudandam aliorum legitimam. Diversum suadere videtur dict. *Const. Ida* ob verba: Würde jemand unserer Unterthanen alle seine Baarschafft, so er selbst erworben, oder durch Veränderung seiner Erb-Güther zu Hause gebracht, zu Erfahrung eines ganz neuen Lehns, daran er zuvor keine Mit-Belehnung oder Anwartsung gehabt, anwenden, so sollen seine Töchter an statt der ganzen oder zum mehrern Theil entwandten Erbschafft ihren gebührenden Theil an der Legitima zu fordern haben; vbi argumento a contrario sensu deducto quis concludet, quod, si quis bona sua in feudum, de quo anteas simultanea inuestitus vel expectiuatus est, conuerat, filiabus in legitima praeiudicari possit. Verum verba ista: daran er zuvor keine Mitbelehnung oder Anwartsung gehabt ic. non quidem pertinent ad ipsam sanctionem et decisionem quaestioni propositae, sed respiciunt saltim feudi noui, cuius mentio immediate precedit, descriptionem, adeoque eo fine inserita sunt, quo acquisitione feudi noui ab acquisitione feudi antiqui, vel quae fit beneficio simultanea inuestiture nec non expectantiae, accurate secerneretur, ita ut sensus potius iste sit, quod, si quis feudum non vi expectantiae vel simultaneae inuestiture, sed de novo acquirat atque bona sua allodialia inde exhaustiat, filiabus debeat legitima. Vtunque enim aliter verba textus accipere, vel a contrario sensu argumentari velis: tamē haec argumentatio ob id locum inuenire nequit, quia rationi legis atque Serenissimi Legislatoris intentioni contrariatur. Quippe Serenissimo Saxonii propositum est prohibere, ne quis bona sua allodialia in fraudem legitimae filiabus debitac comparationi feudorum impendat. Quod si ergo arguere velis, permisum esse

esse, ut quis feudum, de quo antea simultanea inuestitus vel expectiuatus est, non expectata successione emere et allodium exinaniret. Ipse Serenissimi Illator altera manu filiabus abstulisset, quod aliter dederat, imo ipsam dedisset, sanctionem suam alia via electa eludendi, quale quid arguere velle absurdum est. Vnde ea, quam ante suppeditauit, textus explicatio visu fori comprobatur, et filiabus denegatur legitimae petitio ex feudo, quod patri ex simultanea inuestitura vel expectantia obuenit, conceditur vero, si Vasallus deferendam in feudo successionem non expectet, sed omnia bona sua, vel saltem maximam partem, in eius comparationem conuertat.

## §. XVIII.

Feudum quod ex pretio feudi veteris venditi emitur, nouum quidem est, sed ex eo legitima non debetur, perinde atque feudum in cuius comparationem Vasallus bona sua conuertit, inofficium non censetur, si ipse tantum in bonis retinuerit, quantum ad hoc, ut legitima salua esset, requirebatur. *d.i.f. Confit. 2.* Quae omnia cum analogia iuriis communis optime conueniunt. Etenim ad hoc, ut donatio tanquam inofficiosa rescindatur, requiritur, ut facta sit cum consilio fraudandi legitimam *t. i. C. d. in off. do-* sed retinuit nat. Sicuti vero ille, qui reliqua extra legitimam bona donat, non intelligitur habere consilium fraudandi; ita nec ille, qui feudum comparando bona ad legitimam sufficiencia retinet. Nam licet haec quoque ex post facto deficiant, tamen feudum eum in finem adquisitum non fuit, quo legitimae fraus fieret: atqui hoc sufficit ad notam inofficio- fi elidendam. Eadem ratio est, cur ex feudo novo, quod ex pretio antiqui ement, legitima peti nequeat. Quum enim extra dubium sit, quod hereditibus allodialibus ex feudo antiquo nulla debeatur legitima, hinc illo vendito et

D 3

pretio

pretio in comparationem feudi noui conuerso, nec legitima defraudatur, verum heredibus feudalibus conseruantur tantummodo ius succedendi, exclusis heredibus alloidalibus, quod hi eo minus agere ferre possunt, quo minus iustum querelam mouere poterant, si feudum antiquum venditum non esset, adeoque heredes feudales non potuissent non soli succedere. Quum ergo feudum nouum in locum feudi antiqui surrogatum fuerit, merito in hac specie sapit naturam eius, in cuius locum surrogatum est. Non vrgas, quod feudo vendito pretium non iure feudi sed allodii censeatur, quodque hoc mox cum reliquo Vasalli allodio ita confundatur, vt ab eo post modum non amplius separari nec in feudum nouum conuerti possit, in praeiudicium heredum alloidalium. Etenim Vasallus, qui feudum vendit, possidet quidem pretium pleno iure, sed vbi aliud feudum pro eo comparat, vel comparare studet, non confundit cum reliquis bonis, potius separatum tenet, nec unquam illo animo possidet, vt heredes alloiales commodum succedendi consequantur, quare pretium in aliud feudum conuentendo, non tam de bonis suis quid alienat in fraudem heredum alloidalium, quum ipsis ius succedendi non quaerit. Hinc pretium eatenus saltim naturam feudi, in cuius locum surrogatur, retinet, vt iure bonorum aduentitorum aestimetur, nec cum reliqua Vasalli hereditate confusum intelligatur, nisi Vasallus alio feudo non comparato decedat.

## §. XIX.

*Bona allodia-  
lia in praeiu-  
dicium legiti-  
mae alteri in  
feudum dari  
nequeunt*

Quo minus vero ad defraudandam aliorum legitimam feuda comparare permisum est, eo minus quoque bona sua alteri in feudum concedere et legitimae subinde praeiudicare licebit. Hinc, si quis omnia bona vel maximam eorum partem alteri in feudum dat, quod heredes, qui se laesos sentiunt, de inofficiose in feudum datione

queri

C 1970

queri possint, dubitandum non est. Nam licet ille, qui omnia bona sua alteri in feudum gratis concedit, illa non penitus alienet, sed Dominium directum retineat, quod hereditibus, quibus legitima debetur, non potest non cedere, quia iure bonorum allodialium **venit**: tamen exinde illud tantum conficitur, quod dominium directum legitimae imputari debeat. Ast illo computato nihilominus contingere potest, quod legitima nondum salua appareat, quum utilitas, quae ex dominio directo resultare solet, non adeo magni sit momenti, longe maxima vero cum re in feudum data in Vasallum transeat. Satis quidem proficuum est dominium directum tum, quando feudum aperitur et cum illo consolidatur, nec minus quilibet successor in dominio directo habet spem feudum aliquando recuperandi, sed enim vero sperata haec utilitas admodum incerta est, quum tamen in computanda legitima praefens, non futura ac incerta requiratur. Quare, tam directi quam utilis dominii aestimatione facta et reliquo domini directi allodio computato, apparere debet, quantum Vassalus ad supplendam heredum legitimam exsoluere tenetur. Nec minus iure tenebitur, et si praetendat, quod omnis in feudum datio non quidem simplicem donationem, sed ob causam, scilicet fidelitatis et seruitiorum praestationem, factam contineat, quodque hoc intuitu omne feudum, et si gratis concessum, tamen non tam titulo lucrativo, quam oneroso recognoscatur. Nam onus, quod in fidelitatis et seruitiorum praestatione consistit, aestimatione dominii directi facta, eaque legitimae imputata, detrahitur, hinc reliquum absolutam donationem satis, quod aequre facile, atque alia donatio simplex, vitium inofficiosi incurat necesse est, pariter ac in donatione remuneratoria illud, quod iustum remunerationis quantitatatem

tacem excedit, pro simplici donatione habetur, *vid. l. 25. §. 11. d. liberd. petris* *Vnde*, licet Dominus Vafallo feudum vendiderit, quod si tamē pretium accepto tulerit, vel quoque vilius pretium acceperit, non potest non illud, quod iusto pretio deest, pro donato haberi. Quin et si in feudum datio iusto pretio interueniente facta sit, quod si tamē Vafalus feudum accipiens aequa ac Dominus feudum concedens pro legitima defraudanda laborauerint, quod illa pro legitima quantitate reuocari possit, ex iis, quae supra §. VII. probata dedimus, patet.

*autem oblitus, qm. §. XX. cum inq. se imponeat*

*Remedii iuris* *Civili ad* *alienationes* *inofficiose re-* *scindendas in-* *troducta, re-* *scindunt quo-* *que inoficio-* *etas in genere requirit consilium et euentum; quum, si* *fan feudi ad-* *quisitionem* *vel datiom.* *Quae Iure. Ciuiili prostant remedii ad alienationes* *inter viuos in fraudem legitimae factas rescindendas, ea-* *dem non posunt non sibi locum vindicare, quando de-* *feudi acquisitione vel datione inofficiose querimur. Hinc* *sicuti ius ciuile ad alienationes in aliorum fraudem fa-* *cilitas in genere requirit consilium et euentum; quum, si* *creditor, cuius fraudandi consilium initum est, non fraude-* *retur, ipsius fraudandi consilium non censeatur initum* *l. 15. qu. in fraud. credit: ita generaliter ad hoc, vt feu-* *di datio vel acquisitio inofficiose censeri queat, requiri-* *tur, vt feudum non solum, vt modo ante §. XIX. moni-* *tum est, consilio fraudandi heredem allodialem legitima,* *vel adquisitum vel concessum sit, verum etiam, vt* *heres allodialis post mortem feudum adquirantur vel con-* *cedentis re ipsa defraudatus adpareat, hoc est, vt vel nul-* *lum allodium, vel saltim non tantum superfit, quo ipse le-* *gitimam saluam habeat. Neque vero alterutrum sufficit. Et sicuti consilium fraudandi non amplius at-* *tenditur, vbi post mortem legitima salua deprehen-* *ditur: ita contra non sufficit, quod legitima ablata* *vel*

vel laesa videatur, nisi quoque dolus et consilium fraudandi in alienante probetur, l. 8. C. d. *inoff. donat. a. d.* l. 15. quae in fraud. cred. l. 10. §. 1. eod. §. 3. I. quib. ex cauf. manum. non lic. quippe quod ex solo laesioris evenitu argui nequit, attamen merito exinde elicetur, quando alienans tempore alienationis tantum in allodio non retinuit, quantum, si mox decederet, ad praefationem legitimae heredi allodiali debitae requireretur. Et sicuti euentus laelionis prius apparere nequit, quam post mortem alienatoris, ut ob hanc quoque causam ipso vi vo legitima non detur, multo minus peti queat, haec vero non nisi ab eo, cui secundum leges debetur, peti potest: ita facile patet, quod omnis actor, quacunque deum actione de inofficiose feudi constitutione queratur, 1) in morte alienatoris, 2) in eo, quod ipse sit heres et qui dem talis, cui iura dant legitimam, vbi vinculum cognationis indicasse sufficit, quum iudex exin iudicare sciatur, an ille ius perendi legitimam habeat, 3) in defuneti consilio legitimam defraudandi, 4) in defraudationis euentu, fundamentum actionis ponere debeat. Aliquando etiam 5) fraus accipientis seu rei conuenti alleganda et deducenda est. Ast hoc requisitum non est generale, sed certae tantum inspectioni proprium, qua de re §. XXII. agemus. Videtur quidem tum, quando donatio inofficio sa rescindenda, solus euentus sufficere, nec consilium fraudandi desiderari ob l. 5. C. d. *inoff. donat.* quum in d. l. explicatur l. 5. reuocatio donationis a patre in liberos emancipatos factae concedatur, quando post eam pater liberos vel nepotes suscepit. Ita enim legitima liberorum postea natorum de donatione destrahitur, quo hi debitum bonorum subsidium, i. e. alimenta, consequantur, quum tamen donatio, ante eorum nativitatem facta, ad defraudan-

*requisita, in  
quibus agens  
de inofficiose  
feudi confi-  
tatione, se  
fundare de-  
beat.*

*C. d. inoff. do-  
nat.*

dam ipsorum legitimam facta esse non potuerit. Sed quis non videt, quod lex de specie singulari, i. e. reuocatione donationis ob superuenientiam liberorum, minus vero ob aliquam inofficiositatem, agat, vnde etiam reuocatio ipsi patri concedi videtur, saltim ipso viuo statuitur, quum tamen rationi juris penitus aduersetur, querelam inofficiiae donationis ipsi donanti competere, et multo magis, ipso adhuc viuente a liberis institui.

## §. XXI.

*Distinguan-  
tur casus,  
qui in de in-  
officio feudo  
egendum,*

*omni casu  
querela inof-  
ficiiae do-  
nationis lo-  
cum habet.*

Quodsi de morte et fraude eius, qui bona sua in feudum conuertendo legitimae praejudicavit, nec non de laesione in legitima constet, et queratur, quae actio heredi laeso ad reparationem laesionis consequendam competit: interest, an defunctus alteri bona sua in feudum titulo oneroso; an mere lucratiuo concessit, vel quoque ab alio feudum adquirendo bona sua allodialia distractit. Si prius: videtur subdistinguendum esse, an defunctus iustum pretium pro re in feudum concessa accepit, idque saltim ad defraudandam legitimam dissipauit; an pro viliori prelio feudum alteri concessit. Secundum diuersas has visiones, diuersas competere actiones, aliquis existimabit. Ast ynicam tantum agnoscimus, quae t. C. d. inoff. donat. est fundata, et vulgo querela inofficiiae donationis vocatur, quae saltim aliquando, ob diuersas materiae substratae qualitates, diuersas recipit functiones, prout hoc secundum singulas inspectiones, quas modo adduximus, sigillatim expendere fas est.

## §. XXII.

*Quando feu-  
dum inofficio-  
se pro inslo-  
pretio aliena-*

Scilicet, quando quis bona sua alteri pro iusto pretio in feudum concessit, et nihilominus in fraudem legitimae egit, vid. supr. §. VII. nulla quidem donatio intercedit.

cedit. Interim quae rationes exposcunt, ut iura de inofficiosis donationibus h. t. C. proposita ad eiusmodi negotiorum onerosum extendamus, d. §. VII. eadem rationes exigunt, ut actionem, ad inofficiosas donationes rescindendas, concessam, etiam hic adipicemus. Quum vero analogiae iuris conueniat, ut tum, quando negotium onerosum ob fraudem alteri factam rescindendum est, non solum fraus dantis sed et accipientis concurrant, hinc ad exemplum l. vlt. §. 1. quae in fraud. credit. asserimus, quod heredes allodiales legitimam a Vasallo, qui feudum pro iusto pretio vel alia ne aequivalente a defuncto quaesuit, vtili querela inofficiosae donationis petituri, insimul in fraude Vasalli, vtpote accipientis, ob negotii qualitatem sese fundare debeant, licet in actione directa inofficiosas donationes rescindente non etiam desideretur, donatarium fraudem donantis sciuisse, quippe quod desiderari non potuit, quum iura, quando donationem ob aliam quamlibet fraudem tertio alicui factam rescindi voluerunt, fraudem donatarii non curauerint. l. 6. 11. qu. in fraud. credit. l. 1. §. 4. et 12. si quid. in fraud. patron. Nec est quod dicas, actionem vtilem imitari debere actionem directam, ad cuius exemplum institui debet, quum tamen nostra vtilis non imitetur directam, sed ob fraudem, quam in Vasallo accidente desideramus, diuersa et alias sit actio. Sicut enim omnia requisita essentialia, quae inofficiosae donationis querelam vtpote actionem directam constituunt, pariter dictam actionem vtilem efficiunt, atque a potiori fieri solet denominatio: ita fraus accipientis tanquam requisitum aliquod peculiare, quod ex alia lege supplemus, totalem actionis conceptum eiusque nomen tollat necesse non est. Sufficiat nobis, quod

E. 2.

ex

ex mente legislatoris, qui inofficioſas donationes rescindi iussit, per consequentiam talismodi contractus onerosus rescindendus fit, quodque in talibus negotiis ex eiusdem legislatoris mente fraus accipientis desideratur. Et sicuti mens et voluntas legislatorum ad Interpretum subtilem philosophandi rationes ſeſe reſtrigi non patitur, ita has eo minus curamus, quo minus eas in foro curari intelligimus. Quodſi ex l. i. §. 12. si quid in fraud. patron. verb. maxime cum dolus etc. defendi poſſe putet, quod actio Fauiniana et Caluifiana pariter ad negotia onerosa, in quibus iuſtum preſum interuenit, pertinuerint, nec hanc controverſiam curabo, quum in nomine actionis exprimendo defudare hodie ſuperuacaneum fit, ſi modo in eo mecum conuenias, quod ad tale negotium reſcindendum agi non poſſit, niſi pro quantitate legitima, et niſi fraud tam accipientis quam dantis probari poſſit.

## §. i. XXIII.

*Querela inofficioſae dona- fitionis directa*. Porro, quando defunctus alteri feudum pro viliori preſio in fraudem legitimae concesſit, quod inimoderate locum haber, geſtum eſt, apprime reuocandum videtur, ad exemplum quando feu- dictae actionis Fauinianae et Caluifianae. Nam ſicuti in dum proviſio- ri preſio in fraudem legi. quid in fraud. patr. ita vtiliter eam in noſtra ſpecie locum timae concesſi. ſibi vindicare debere, existimabis. Sane, quum haec ipſa actio ita comparata fit, ut fraudem ſilium in dante requirat, d. l. i. §. 4. et 12. nec competat, niſi quatenus legitima eſt diminuta, l. i. C. si in fraud. patr. a. libert. alien. fact. non ambigendum, quod sine violentia noſtræ ſpeciei accommodari poſſit. Quum vero argumentis le- gum ſuprefedere poſſimus, quando in quaefitione propo- fita, decisione legis ad eam directae non deſtituimur: ita minus

minus congruum videtur, vtilem accersere actionem, vbi lex directam introduxit. Hinc querela inofficiose donationis proprie in specie a nobis allata locum habet, praeprimis, quia haec a priori adhuc differt ratione petiti, vbi illa tendit ad hoc, vt vel emtor recepto pretio rem restituat, vel iustum premium pro quantitate legitimae suppletat, d. l. i. §. 4. et 12. si in fraud. patr. iunct. d. l. i. Cod. eod. haec vero simpliciter datur, ad donationem proximo legitimae rescindendam atque illud, quod immoderate donatum est, restituendum, l. 7. C. d. inoff. donat. Nam licet t. t. C. d. inoff. donat. de tali inspectione, quando quis in fraudem legitimae pro viliori pretio bona sua in alterum transfluit, nihil habeatur, sed omnes leges indefinite immensae donationis, vel immoderatae liberalitatis mentionem faciant: quum tamen illud tantum, quod in dicta inspectione iusto pretio deest, dicta querela proximo legitimae reuocari debeat, hoc vero simplicis donationis speciem referat, inde, quod de donatione in genere d. t. statuitur, ad hanc donationis speciem non potest non directo pertinere.

#### §. XXIV.

Hinc sine dubio querela inofficiose donationis obtinet, quando defunctus bona sua alteri sine omni pretio vel alia re in feudum concessit, vel quoque ab alio feudum acquirens patrimonium suum in legitimae praeiudicium exhaustus, dum utroque casu vera donatio, secundum ea, quae probauimus, perficitur. Competit ergo haec querela heredi allodiali legitimata defraudato aduersus Vasallum, cui defunctus feudum concessit, vel successionem in feudo quaesuit, veluti donatarium, ad legitimam saluam atque integrum consequendam. Quo magis ad finem de properandum est, eo minus excurrere vacat in disensiones

E 3

ICto-

ICtorum, quorum alii contendunt donationem inofficiosam, ad exemplum inofficiosi testamenti, totam rescindi: alii contra magis sinistre distingunt, an in extraneos sit collata donatio, an in liberos; et porro, vtrum fraudandi animo donatio facta, nec ne; atque tum, quando in liberos facta donatio, quacunque intentione sit facta, eam pro parte legitimae rescindi; si vero in extranum cum consilio fraudandi facta, totam; si absque fraudandi animo, pro parte reuocari volunt. Conf. Ill. THOMAS. de legitima viuentis. Nobis placet eorum sententia, qui indistincte rescissionem eatenus saltim admittunt, quatenus legitima defraudata videtur, quae sententia non solum t. t. C. d. inoff. donat. sed et potissimum l. 7. et 8. C. eod. perspicue probatur. Atque Serenissimo Saxoni eadem placuisse videtur, ubi in Conf. ined. 2da. saltim legitimam a successore in feudo filiae defuncti Vasalli praestari iubet.

## §. XXV.

*Quatenus  
ipsum feu-  
dum pro par-  
te legitimam  
reuocetur, vel  
legitima in  
pecunia prae-  
standa.*

Sicut ergo querela inofficiosae donationis illud revocat, quod immoderate gestum est d. l. 7. C. d. inoff. donat. adeoque, quando res, non quantitas, donata, non solum pactum donationis, sed et ipsa res donata pro parte legitimae reuocatur: ita maximum discrimen istas species, quando res alteri inofficiose in feudum concessa, et quando quis feudum inofficiose adquisiuit, intercedit. Nam in priori visione, ipsa res in feudum data est obiectum inofficiosae donationis, atque secundum ea, quae diximus, ex ipsa feudi substantia legitima praestantia, vel quod ei deest supplendum, ubi Vasillus, qui conuenitur, contractum feudalem obuertere nequit, qui ipse, quatenus legitimae praeiudicatum, vitiose initus atque eatenus rescindendus. Verum quod ad posteriorem inspecti- nem

nem attinet, minus quidem dubii habet, quod tum, quando pro pecunia feudum acquisitum est, non ipsa res feudal is a successore pro parte reuocari queat, quum sic non res sed principaliter quantitas pecuniaria inofficiose alienata sit, adeoque non possit non pars quantitatis legitimae nomine peti, vnde in simili idem constitutum est in *Confl. ante ined. 2.* ob quas rationes idem quoque obtine-re debet, quando post mortem Vasalli inofficioi emtoris feudum ad Dominum reuertitur, atque hic inofficiosae donationis querela conueniendus est. Quod si vero res ab inofficio alienatore alteri in feudum oblata, tum intereste videtur, an feudum post mortem ipsius ad alium successorem feudalem, an ad Dominum reuertatur. Si hoc, Dominus ipse legitimam heredi allodiali praestare debet, quumque hic ipsam rem inofficiose donatam teneat, nec ius terio alicui qualitum impedit, quo minus res pro parte restituatur, merito Dominum ad rem pro parte restituendam condemnandum putamus. Si illud, licet successor feudal is querela conuentus ipsam rem inofficiose alienatam teneat, videtur tamen ius Domini directi, quod huic in feudo competit, prohibere, quo minus res pro parte alienetur, atque hinc sequi, quod heres allodialis contentus esse debeat, si ipsi legitima in pecunia praestetur. Quicquid sit, quum in tali specie aequo dominium directum Domino, atque dominium utile successori in feudo, inofficiose donatum sit, utrumque tam Dominum quam Vasallum heres allodialis conuenire debet: quodque adeo impetrare possit, vt ipsa res iure pleni dominii pro legitimae parte restitu debeat, non ambigendum. Maior difficultas forte se offert, quando defunctus quidem feudum a Domino titulo oneroso adquisiuit, sed non pecuniam, verum aliam rem allodialem, puta speciem, Domino

mino pro re in feudum data dedit. Verum nodus hic non est tantus, ut ne facili negotio solui possit. Non enim praecise dispositum est, quod illa ipsa res, quae in officiose donata, pro parte legitima rescindi deberet, sed indefinite in fauorem eius, qui in legitima laesum est, statutum, quod id, quod immoderate gestum est, reuocari posset: adeoque iura nostra non curant, an actor praefationem rei pro parte, an loco illius quantitatem petat. Aut ergo querela contra successorem in feudo mouetur: aut contra Dominum. Si prius, actor, qui non potest non praeuidere, ipsam rem allodialem a defuncto alienatam penes reum non existere, haud dubie praestationem pecuniariae quantitatis peter. Si vero posterius, interest, an res pro feudo data adhuc penes Dominum existat; atque hanc, quum principale obiectum negotii inofficiosi fuerit, pro parte reuocare integrum erit: an vero non amplius existat; et nihil prohibet, quo minus actor aestimationem petat.

### §. XXVI.

Iam facilius constabit, quonodo computatio sit instituenda, ut sciamus, quid legitimae nomine praestandum sit. Nam deductis debitis hereditariis, l. 72. d. iur. dot. l. fin. d. iur. ffc. l. 39. §. 1. d. V. S. et collatis iis, quae liberi a parente viuo acceperunt, v. l. 10. ff. et l. 17. C. d. collat. immo secundum ius Saxonica Electorale etiam iis, quae post mortem quocunque modo acceperunt, *Constit. ant. ined. 2.* apparebit, quid allodii nomine superest, ut tamen, si heres allodialis ex successor in feudo non sint liberi defuncti, quum saltim liberi sibi inuicem conferre teneantur arg. l. 21. §. 1. C. d. testam. l. 6. vlt. C. comm. vtr. iud. onus collationis cesseret. Quod hac ratione post mortem defuncti allodii nomine superest, illi addas pecuniariam quantitatem.

*Legitima  
quonodo com-  
putanda?*

titatem pro feudo erogatam, vel aestimationem rei feudi nomine alienatae, et videbis, quantum legitimae ergo praestandum veniat. Ad hoc obseruatio praecedenti commate allata insignem vtilitatem præstat. Nam, si quantitas vel rei aestimatio in feudi comparationem conuersa spectanda, haec saltim in computationem legitimae venit, licet feudum comparatum tempore defuncti Vasalli plus valeat; quam contra, si ipsa res feudalis pro parte restituenda sit, non possit non eius aestimatio, quae post mortem Vasalli est, in computationem venire. Fac ergo, quod, computatione hoc modo instituta, heredi de legitima satisfactum sit, postea creditores hereditarii superuenient, an heres illis pro modo legitimae tenebitur? Hanc controuersiam prolixè ventilat SCHILT. Ex. XIV. §. tenetur heres  
 67. seqq. et licet rationes refutet, ob quas CARPZO- creditori he-  
 VIVS pro herede, veluti filia in exemplo ab ipso dato, reditario pro  
parte legiti-  
mæ. consulit: ipse tamen sententiae CARPZOVII accep-  
 dit, quando integra legitima ex feudo soluta, quod tum  
 creditori nulla actio competit aduersus filiam. Verum,  
 licet filiam respectu legitimae, quam integrum a successore in feudo accepit, creditricem nominare velis, quae  
 ipsa assertio tamen praecipue tum, quando res cum aliis  
 creditoribus hereditariis agitur, lubrico nititur funda-  
 mento: nihilominus illud, quod defunctus vere debuit  
 adeoque tempore mortis non potuit non relinquere,  
 quem ante præstationem legitimæ non sit deductum,  
 efficit, ut filiae plus, quam legitima, præstitum videa-  
 tur. Sane ergo intuiru huius, sicuti filia non potest con-  
 siderari ut creditrix defuncti parentis, multo minus ta-  
 lem personam gerere potest contra credito rem heredita-  
 riū, hinc ut heredem agat opus est. Sicuti vero cre-  
 dit,   
 F dito-

ditores hereditarii eandem actionem, quam contra defunctum habuerunt, pariter contra heredem instituunt: ita solida ratio dubitandi non superest, cur filia a creditore hereditario pro modo legitimae conueniri non possit.

### §. XXVII.

*Quantitas legitimae iure communi definita etiam  
successori in feudo, sed ut heredi allodiali ob id, quod al-*

*bio fraus facta, adeoque ut pars allodii, iure pleni domini-*

*nii. Hinc singulare omnino est, quod Serenissimus Saxo-*

*Constit. ant. ined. 2. constituit, vbi legitimam, si duo aut tres*

*liberi adsinunt, quadrantem, si quatuor aut plures vero, trien-*

*tem esse voluit, atque sic ius commune hoc intuitu immu-*

*tavit. Et sicut manifestum est, hoc ita in favorem suc-*

*cessoris feudalis constitutum esse, quo ipse non nimis gra-*

*uaretur: ita forte huic sanctioni insimul causam dedit,*

*quod filia legitimam recipiens illam iure pleni domini*

*consequitur, vbi contra successor feudaliter saltim domi-*

*nium utile feudi nanciscitur, sicut odium singulare Ser-*

*enissimi Saxonis exposcere visa est auaritia filiarum, quae*

*plerumque solita dotazione non contentae saepius, respe-*

*cibus et obsequi parentibus debiti immemores, huiusmo-*

*di lites excitare solerent. Quemadmodum vero casus,*

*quo alii heredes allodiales legitimam petere possint, rarius*

*contingit: ita de eo nihil dispositum legitur. Qua pro-*

*pter eo existente, ut illiusmodi heredes eadem ratione*

*quantitatem iure communi definitam consequantur, qua*

*ratione ipsam legitimam non, nisi exdispositione iuris com-*

*muniis petere possunt, opus est. Neque vero ratio iuris*

pati-

paritur, ut ius singulare, quod in d. *Constit.* 2. continetur, extendamus. Quapropter tum quoque, quando filia defuncti alio casu, in dicta Constitutione non contento, veluti, quando defunctus alteri feudum inofficiose concessit, legitimam vrget, ad ius commune recurrentum, atque huius beneficio cum legitima tum quantitas illic definita ipsi adjudicanda est.

## §. XXVIII.

Heres allodialis a querela inofficiose donationis vtique excludi videtur, vbi ipsi talis ingratitudo obici potest, ob quam exheredari potuisset, *Nou. 92. c. 1.* Nam licet postea de testamento parentum ac liberorum dispositum sit, quod ingrati non tantum expresse exheredari debeant, verum etiam, quod causa ingratitudinis in testamento exprimenda sit: tamen, quae hic de testamento specificè fanepta fuerunt, *Nou. 115. c. 3. et 4.* non pertinent ad actus inter viuos, veluti donationem, per quam ingratus a legitima exclusus videtur. Atque ius nouum et correctorium, quod in d. *Nou. 115.* continetur, eo minus extendi potest, quo magis donationem heredi legitimam auferente, et exhereditationem non leuis intercedit differentia, vbi illic heres ab intestato saltim heredis nomen saluum retiner, nec adeo existimatio ipsius aequae facile laeditur, atque per exhereditationem. v. l. 8. d. inoff. test. l. 18. d. lib. et postb. Quapropter, licet vrgere velis, quod heredem ingratum faciant et mores et nominatio causae ingratitudinis in testamento expressa; quodque omnis exhereditatio tacita et praeteritio improbentur: tamen haec saltim bene se habent, quando de patris testamento, neutquam vero, quando de donatione quaestio est. Deinde ces-

F 2

sat

## 44 DE FEVDO INOFFICIOSE QVAESITO

sat querela, quando heres donationem defuncti agnoscit et adprobavit, l. 6. ibi: *si voluntatem eius non agnoscit. C.d.inoff. donat.l.4. C.d.contr.emt.* et multo magis, quando querelae in specie renunciauit, v. l. 35. §. 2. C. d. inoff. test. Cui pariter renunciaisse videtur, quando post mortem donatoris illam intra praescriptum tempus non instituit, sed lapsu quinquennali praescribi patitur, *vid. l. 34. in fin. C.d.inoff. test. iund. l. fin. C. d. inoff. donat.* Quae praescriptio quinquennialis tamen apud nos in Saxonia quoad filias, in casibus *Conflit. ined. 2.* expressis, non obtinere videtur, quum sic conditionem ex dict. *Conflit.* instituant, quae adeo non prius, quam ordinaria praescriptione 31. ann. 6. sept. et 3. dier. extinguitur. Denique si talis visio existeret, qua pariter fratri querela inofficiose donationis ob allodium per feudi concessionem vel comparationem exhaustum applicanda esset, ast propria ipsius turpitudo concurreret, quum mores quos in se probat, in successore feudali improbare non posset,  
*a. l. 11. C. d. inoff. test. nec iuste juris auxilium implorabit.*

T A N T V M.



Leipzig, Diss, 1727 A-G

X 237 1923



